1520. vide 18. 8bris Ex MS. arch: Stan: Aug: Reg

67

Particula epistolæ Hieronimi Laski Palatini Siradiensis ad Christophorum Schidlowieczki castellanum Cracoviensem.

Pro facto autem ipso vel meritis meis non aliud expecto, nisi quod iterum Majestas sua aliquo me conficiet levipendio, sicuti contra sua regia verba promissura, et privilegia in negotio Mariemburgi facere dignata est, quæ Majestati suæ adeó evidens in gratia accidit mihi non ex illius natura, quæ virtuosissima est et sanctissima sed artificio quorundam qui catulos á qua volunt esca repellunt parvi pendo illos, ceu juvenes sed jam mihi sentio progredidentes et non solúm ad latrandum verúm etiam ad mordendum aptos, Majestatem domini mei veneror recognosco uti subditus genialem esse mihi dominum qui cum meis pro arbitrio suo agere potest, reliqui autem sunt mihi in alea pares, á quibus opprimi nollem, nec hoc ipsum pati possibile est.